N. 3606.

CURRENDA XVI.

A. D. 1862.

Nr. 206 p.

Declaratio Episcopatus Galiciani r. l. ad Sctissimum Papam Pium IX. intuitu non comparitionis Romae penes Canonisationem 26 Martyrum Japonen. &c. nec non Epistola responsoria Pontificia.

Legistis Fratres in Christo Dilectissimi! non semel in denuntiationibus variis, qua ex causa publica Episcopatus totius Orbis Catholici pro festis Pentecost. a. c. Romam a Sanctissimo Petri Successore invitatus fuerit; quantus Antistitum numerus e dissitissimis etiam oris illorsum confluxerit; quae sensa ad Pedes Sanctissimi Patris undique hostibus angustiati, scriptotenus, pro rerum adjunctis deposuerint &c. &c.

Nec Vos latet, nullum Antistitum Cleri Galiciensis Romam iter direxisse. Motiva hujus circumstantiae Nos sub 22. Aug. a. c. chartae demandanda et Romam expedienda esse statuimus.

Qua cum affabilitate, obtestatione, benedictioneve Declaratio Nostra ibidem excepta fuerit, aestimatissimae Litterae Pontificiae de 29. Sep. a. c. prae oculis ponunt.

Ambo hæc Munimenta Ven. Clero communicamus in sequentibus:

1. Declaratio (Adres) Episcopatus:

„Beatissime Pater! Cum quam plurimi ex universö orbe catholico Antistites pro Sacratissimo Festo Pentecostes proxime elapso ad vocem Sanctitatis Vestrae Romam properarent, ut solemni sanctorum Martyrum Japonensium canonisationi interessent, ac limina sanctorum Apostolorum Petri et Pauli visitarent, nos quoque perreverenter subsignati Eppi Provinciae Leopoliensis lat. rit. in Galicia Austriaca summo cordis ardore desideravimus, sancto illorum coetui adjungi, ut Sanctitati Vestrae filialem nostram obedientiam, venerationem ac pietatem commonstraremus. Jam animo volvebamus, incomparabilem illam laetitiam, qua cor catholici pastoris perfunditur, cui datur supremi Christi Domini Vicarii pedes amplecti, vultum cernere, vocem audire, quo et amplexu Ejus benedicatur, et intuitu ad Deum trahatur, ut sermone erudiatur atque roboretur! Sed quominus tam ardens desiderium explere, tantaeque lætitiæ participes fieri liceret, Dioecesium nostrarum indigentiae, temporum calamitas, aliaeque minus favorabiles circumstantiae nos impedierunt.

Ast corpore Roma absentes, spiritu adoramus, atque venerando illi cœtui orbis cath. Epporum fide & charitate, oratione et votis conjungebamur, et coadunabamur. Quidquid illi sacri Antistites in sua protestatione de die 8. Junii a. c. sapientissime ac piissime professi sunt, declararunt, doluerunt, reprobarunt: nos pariter profitemur, declaramus, dolemus, reprobamus et condemnamus solemniter huic sanctae protestationi eorum, in omnibus et singulis capitibus, accedentes.

In specie vero una cum illis credimus et confitemur: Te Beatissime Pater! esse nobis sanae doctrinae magistrum, unitatis centrum, populis lumen indeficiens a divina Sapientia præparatum, Petram et ipsius Ecclesiæ fundamentum, contra quod inferorum portae nunquam praevalebunt. Te loquente, Petrum audimus: Te decernente Christo obtemperamus: Te miramur inter tantas molestias totque procellas fronte serena & imperturbato animo sacri muneris partibus fungentem, invictum et erectum.

Porro cum illis Venerab. Patribus vehementer dolemus Sanctitatem Vestram iis provinciis, quarum ope et dignitati Sanctae Sedis et totius Ecclae administrationi aequissime providebatur, nefario usurpatorum hominum scelere, qui non habent nisi velamen malitiae libertatem, spoliatum esse. Civilem enim Sanctae Sedis principatum ceu quiddam necessarium, ac providente Deo manifeste institutum una cum illis agnoscimus, nec declarare dubitamus in praesenti rerum humanarum statu, ipsum hunc principatum civilem pro bono ac libero Ecclae animarumve regimine omnino requiri.

Scelestos quoque homines et honorum ecclesiasticorum direptores, justo Sanctitatis Vestrae judicio damnatos esse, nos quoque una cum sacris illis Antistitibus profitemur & una cum illis reverenter excipimus plenamque assensum renovamus ad omnia, quae Sanctitas Vestra contra sacrilegos illos principatus ecclesiastici invasores, jure ac merito decernenda esse putarit.

Denique una cum praelaudatis Eppis errores a Sanctitate Vestra damnatos, damnamus: doctrinas novas et peregrinas, quae in damnum Ecclesiae Jesu Christi passim propalantur, detestamur et rejicimus: sacrilegia, rapinas, immunitatis ecclesiasticae violationes, aliaque nefanda in Ecclam Petrique Sedem commissa, reprobamus et condemnamus.

Accipe Beatissime Pater! hanc submissam filiorum Tuorum declarationem, qua protestationi universi Episcopatus catholici accedentes, devota nostra sensa erga Sanctitatem Vestram et Sanctam Sedem Apostolicam aperire voluimus. Ut vero omnibus pateat, nosquamquam propter locorum et temporum circumstantias domi remanere coacti fuimus, eadem tamen fide ac principiis imbutos, eadem veneratione & charitate erga Sanctitatem Vestram & Sanctam Sedem Apostolicam animatos esse, quarum congregati Romae Eppi luculenta dedere documenta: humillime rogamus, ut praesens declaratio nostra publici juris fiat.

Haec eadem charitas urget nos, ut cum clero & populo nobis concredito nunquam cessemus Dom. Nostr. J. C. totis praecordiis exorare, quatenus Sanctitatem Vestram multos adhuc in annos Ecclae suae sanctae sospitem, incolumemque custodiat, ut eam pabulo caelesti reficias, Tuo robore tuearis, Tua prudentia dirigas, Tuis exornes virtutibus: ut errantes in viam veritatis et virtutis reducat, vulpes et lupos a vinea sua arceat, tempus probationis abbreviet, Sanctitatique Vestrae concedat, spe sua potiri, et non solum ereptum S. Petri patrimonium gloriose recuperare, sed recuperatum cum majori splendore ad posteros transmittere.

Qua certa spe et fiducia repleti et refoti, in genua provolvimur et sacratis Sancti-

tatis Vestrae pedibus oscula figimus, apostolicam benedictionem pro nobis ipsis, et pro Clericis ac Laicis curae nostrae commissis in omni humilitate expetentes.

Sanctitatis Vestrae obedientissimi filii... Fr. X. Wierzchlejski Archieppus. Josephus Alojsius Eppus Tarnov. Jos. Hoppe Adm. Dioec. Premyslens."

11. Honorandissima Epistola Papalis:

„Venerabilibus Fratribus! Francisco Xaverio Archiepiscopo Leopoliensi, Josepho Aloisio Episcopo Tarnoviensi latini ritus, ac Dilecto Filio Josepho Hoppe Praeposito Cathedralis Templi Premisliensis Vicario Capitulari Premisliensis Dioecesis illius Episcopalis Ecclesiae ritus item latini Sede vacante legitimo deputato Leopolim.

Pius PP. IX.

Venerabiles Fratres ac Dilecte Fili Salutem, et Apostolicam Benedictionem. Maximae quidem laetitiae Nobis fuerunt vestrae Litterae die 22 proximi mensis Augusti datae, in quibus undique mirifice elucet summa vestra erga Nos, et hanc Petri Cathedram omnium Ecclesiarum matrem et magistram fides, amor et observantia. Namque eisdem Litteris significatis, Venerabiles Fratres, ac Dilecte Fili non levi Vos affectos fuisse dolore, propterea-quod ob peculiares istarum Dioecesium rationes, ac tristes rerum temporumque vices minime potuistis, veluti summopore optabatis, ad Nos venire, ut praesentes essetis sollemni plurium Sanctorum Canonizationi, quam faustissimo Pentecostes die hujus anni cum maxima catholici orbis Sacrorum Antistitum frequentia, ac singulari animi Nostri consolatione, Deo axixiliante celebravimus. Hinc dissertissimis verbis profitemini, Vos rejicere ac damnare omnes praesertim errores a Nobis in Consistoriali Allocutione die 9 proximi mensis Junii habita proscriptos ac damnatos, ac simul luculenter confirmatis, nihil Vobis gratius esse posse, quam iis omnibus ex animo adhaerescere, quae Venerabiles Fratres Sacrorum Antistites Romae commorantes eodem Pentecostes die in praeclaris suis Litteris ad Nos datis mira sane consensione palam publiceque declarare vel maxime gloriati sunt. Non potuimus non vehementer dilectari hisce egregiis vestris sensibus, qui omni certe laude dignissimi maximam Nobis afferunt consolationem inter gravissimas, quibus premimur, acerbitates. Siquidem hujusmodi vestri sensus clare aperteque ostendunt, quantopere Vobis cordi sit catholicae Ecclesiae, hujus Apostolicae Sedis, ac veritatis, justitiaeque causa. Quo circa certi sumus, Vos in hac tanta temporum iniquitate tantaque impiorum hominum contra sanctissimam nostram religionem conspiratione, nihil unquam intentatum esse relicturos, ut ejusdem religionis causam, jura, doctrinam impavide defendere, istorum fidelium saluti studiosissime consulere, ac nefarias multiplicesque inimicorum hominum insidias detegere, errores refellere, pravisque illorum consiliis, conatibusque strenue obsistere possitis. Pergite vero ardentiori usque studio una cum vestro Clero, Populoque fideli divitem in misericordia Deum indesinenter orare et obsecrare, ut exurgat, et judicet causam suam ac praesentissimo suo auxilio adsit Nobis, adsit Ecclesiae suae, et omnipotenti sua virtute omnes Eclesiae, et hujus Apostolicae Sedis hostes humiliet, illosque de impietatis via ad justitiae salutisque tramitem reducat. Denique procerto

habeatis velimus, praecipuam esse, qua Vos prosequimur, benevolentiam. Cujus quoque certissimum pignus accipite Apostolicam Benedictionem, quam ex intimo corde profectam Vobis ipsis, Venerabiles Fratres, ac Dilecte Fili! cunctisque Clericis Laicisque fidelibus curae vestrae commissis peramanter impertimus. Datum Romae apud Sanctum Petrum die 29. Septembris Anno 1862. Pontificatus Nostri Anno Decimo septimo. Pius PP. IX."

Perlecto harum tenore procul dubio ob benedictionem nobis omnibus missam, lætitiæ ubertate perfusi, nulli non hæsitabitis, Parochianis Vestris gratiam hanc annuntiare, obsecrareque ipsos, ut quoque Vobiscum, qui penes quamlibet Missam, quando licet, *Collectam* pro SS. Papa adjicitis, quotidie jungant preces fervidas pro Beatiss. Papae Ecclesiaeque pace et incolumitate.

Dabamus in Palatio Episcopali. Tarnovie 20. Nov. 1862.

L. prez. 217.

Sprawozdanie roczne o stowarzyszeniu wzajemnych modłów.

Stowarzyszenie kapłanów Dyecezalnych wzajemnych modłów o szczęśliwą godzinę śmierci, składało się według ostatniego rocznego w téj mierze sprawozdania umieszczonego w kurendzie XII. z r. 1861 N. 1566/89 str. 89, z 291 kapłanów.

Od ostatniego rzeczonego sprawozdania umarło ze stowarzyszenia 6. kapłanów, których imiona i nazwiska zostającym przy życiu członków stowarzyszenia, kwoli odprawienia po 1 Mszy Ś. z osobna za każdego w Bogu zmarłego, wnet po zaszłéj każdego śmierci, do wiadomości w poprzednich kurendach podane były. Przystąpiło zaś do stowarzyszenia w przeciągu tego czasu 3 kapłanów, mianowicie JXX.

1) Józef Leśny Poddziekani, Wojnicki a Pleban w Dembnie.
2) Stanisław Kostka Augustyniak Wikary katedralny w Tarnowie.
3) Franciszek Wolf Wikary w Podgórzu.

Ubyło przeto ze stowarzyszenia 3 kapłanów, składa się zatem obecnie w mowie będące stowarzyszenie do dnia poniżéj wyrażonego z 288 kapłanów.

Podając niniejsze sprawozdanie do wiadomości Sz. Duchowieństwa, wznosimy nasz umysł do Boga miłosierdzia, aby każdy z kapłanów do stowarzyszenia należący a do odmawiania modlitwy „*Commendatio animae &c.* w dniu pierwszym każdego miesiąca obowiązany, zarazem zechciał się w dniu tym oddać bogomyślnemu rozmyślaniu nad ważnością godziny śmierci, od któréj zależy szczęśliwy lub nieszczęśliwy wstęp do wieczności, a tém samém pobudził się do sumiennego wypełniania za życia i zdrowia tego wszystkiego, coby pragnął, aby w chwili skonania było przezeń wypełnione.

Z Prezydium Biskupiego w Tarnowie, dnia 18. Października 1862.

N. praes. 239.

Lotteria Romana patet usq. ad 19. Febr. 1863. gratiarum actio pro tanta sortium praenumeratione, provocatio ad collectionem ulteriorem.

E Litteris Excelentissimae Nunciaturae Apostolicæ Vien. de 29. Nov. a. c. N. 3196 in subsequis Ven. Clerus capiet convictionem, in Dioecesi Nostra 1300 sortes Loteriae praelaudatae jam solutas esse, ac 30 coemtas 12 schedis censualibus (kuponami) a syngraphis mutui Pontificii... pro qua singulari obsequii cultu erga Romanam sedem gratiae humanissimae aguntur, ulteriorq. favor expetitur, qui durare potest usq. ad Feb. anni fut. quia sortitio primum 19. Feb. a. 1863 praesuscipietur.

Ven. Clerus imo plures etiam e populo fideli, plurima eo jam obtulerunt respectu, multa adhuc conferri possunt. Agite Dilectissimi Fratres in Christo! ut sub tempore Adventus poenitentiali, sub festis nativitatis populus quoque fidelis obulum suum, *strenam*... Vicario Jesu Christi Redemptoris, ex Cujus gratia tot quotannis fruitur beneficiis ex Indulgentiis, ordinariis, aut extraordinariis, festisq. ab Illo elargitis; aliaq. in cunctos Catholicos, imo infideles redundant beneficia! conferat una Vobiscum, qui nedum largam apperuerint manum. Dabamus Tarnovie 1. Dec. 1862.

Tenor Honorandissimae Epistolae Nuntiaturae talis:

„Illime et Revme. Meum duco certiorem reddere Dominationem Vram Illimam et Revmam una cum existimatissimis Suis literis, die 21 labentis mensis datis, rite me recepisse 20 fran. in auro et 678 flor. V. A. uti pretium 1300 sortium jam transmissarum Lotteriae Romanae.

Hac occasione libenter utor, ut Dominationi Vrae Illimae et Rmae communicem, eductionem sortium praedictae lotteriae dilatam esse ad diem 19. Februarii proximi anni juxta petitiones exhibitas a complurimis fidelium consociationibus per varias Europae regiones institutis ad praedictos titulos distribuendos. Angustia etenim temporis obstaret, quominus sortes exquirentium votis fieret satis.

Insuper heic adnexos alios expetitos 400 titulos transmittere festino, quorum series incipit a N. 1142235 et continuatur usque ad N. 1142634, rogans, ut me de eorum receptione certiorem facere humanissime velit.

Adjicio alias 30 sortes, quarum pretium jam solutum per schedas censuales (vulgo Coupones) Mutui Pontificii; series haec est N. 1142635 usque ad Numerum 1142664.

Si plures titulos adhuc Dominatio Vra Illima et Revma optaret, humanissimis Suis literis communicet, et libentissime eos transmittere statim mei muneris ducam.

Quamplurimas denuo Dominationi Vrae Illimae et Revmae gratiarum actiones pro hoc novo obsequii et zeli erga S. Sedem testimonio rependens, cum peculiaris observantiae sensibus permaneo, Dominationi Vestrae Illimae et Rvmae, addictissimus Famulus Ant. Archiepus Tarsensis N. Ap.“

L. K. 3385.

Dodatki do podatków podwyższone r. 186$\frac{2}{3}$.

Z Obwieszczenia Wys. C. K. Namiestnictwa Lwow. z d. 30. Paź. r. b. L. 67318 względem tych dodatków wyjmujemy ku wiadomości ustęp niniejszy:

„Na mocy wysokiego rozporządzenia Ministeryjum Państwa z dnia 21. t. m. l. 5629/M. P. podaje się niniejszem to Najwyższe postanowienie do publicznéj wiadomości z tym dodatkiem, że według tego uiszczać się ma w Galicyi za administracyjny rok 1863. dla pokrycia potrzeb funduszu krajowego dodatek w kwocie 9$^5/_{10}$ kr., a na potrzeby indemnizacyjne dodatek w kwocie 50$^5/_{10}$ kr. w. a. od każdego złotego stałych podatków.“

L. 3281.

Wezwanie do składki na Lipnicę.

Lipnica w obwodzie Rzeszowskim straciła przez pożar 116 budynków mieszkalnych i gospodarskich wraz z sprzętem i zbiorem, a szkoda według Obwieszczenia Wys. C. K. Komisyi Namiest. w Krakowie z d. 29. Paź. r. b. L. 6924 wynosi koło 50000 złr. w. a. Zubożeli wyciągają ręce ku nam a miłość Chrześcijańska ratować każe. Lubo

częste zewsząd pojawiają się wezwania do ratowania pogorzelców, jednak w Bogu mamy nadzieję, że miłość dla bliźnich a to rodzinnych nie ostygła w Szan. Duchowieństwie i w pobożnych ich owieczkach. „Dawajcie a będzie wam dano“ temi słowy Zbawcy naszego odzywa się Konsystorz i oczekiwać będzie pomocy zwykłą drogą. Tarnów 20. List. 1862.

N. 3024 + 3264. 3070. 3127. 3149. 3177. 3180. 3362. 3393. 3395. 3431.

VI. Series collectionum piarum.

I. E Dec. *Czchov.* 3 fl. 14½ x. pro Rawa a Ven. Clero, excepto e *Czchów*, et *Tymowa*; Parochiani et Ven. Curatus *Gnojnic.* ad Jnc. C. R. Offum Distric. resp. miserant quotas collectas et 1 fl. pro Mielec. II. Ex *Harbutowice* 2 fl. 22½ x. pro Mielec. III. E Dec. *Bobov.* 3 fl. 30 x. pro Rawa a Ven. Clero per 10. 20. 40. 80 x. V. A. IV. E Dec. Bial. a) 5 fl. pro Mielec; videl. 3 fl. 40 x. e *Bestwina*, 1 fl. 25 x. V. Parocho et 75 x. a Parochianis in *Starawieś*, b) 2 fl. pro Dzików. nim. a Ven. Parocho et Parochianis in Starawieś, ut sub a) c) 37 fl. 92 x. pro Rawa utpote e *Bestwina*, *Lipnik*, *Wilamowice*, per 5 fl. 42. 50 x. e *Pisarzowice* 10 fl. e *Biała* 12 fl. V. E Dec. *Bochn.* 2 fl. 70. x. e parochia *Pogwizdów* pro Rawa. VI. E Dec. *Brest.* 8 fl. 50 x. dto. videlicet a Ven. Curatis in *Jasien* et *Jwkowa* et a Ro. *Komorowski* Coop. in Lipnica per 10 x. a. VV. PP. in *Porąbka*, *Vet. Wiśnicz*, *Lipnica* per 50 x. a Parochianis in *Porąbka* 1 fl. e Brzesko a Ven. Curato et Parochianis 5 fl. 70 x. VII. E Dec. *Makov.* 30 Rh. ab A. R. Parocho et Parochianis in *Sucha:* utpote pro *Calvaria Pacławska*, *Dzików* et *Rawa* per 10 fl. VIII. E Dec. *Oświęć.* 27. fl. pro iisdem, nimirum e *Bulowice* 5 fl. e *Piotrowice* 11. fl. 17 x. e *Przeciszów* 7 fl. 20 x. e *Gierałtowice* 3 fl. 50 x. aliunde 13. ex aliis locis ob incendia vicina nil appulit. IX. E Dec. *Czchov.* 9 fl. videl. pro Miss. in Africa 3 fl. pro Cons. S. Bonifacii 3 fl. 20 x. pro infelicibus per ignem 2 fl. 60 x. a Ven. Clero per 5. 10. 15. 20. 25. 30 x. et e *Domosławice* 5 fl. X. E Dec. *Neo-Sandec.* 28 fl. nempe: pro Mission. in Africa 4 fl. pro Calvaria *Pacław.* 9 fl. pro Cons. S. Bonif. 1 fl. pro Ecclesiis in Europa Ottomanica, 4 fl. pro Rawa 10 fl. inter quae loca *Jakubkowice*, *Kamionka*, *Tęgoborza* et *Ujanowice* excellit.

Quibus collaudationis ergo publicatis et Largitori omnium bonorum commendatis praestolamur ex aliis quoque Decanatibus dona similia.

Tarnoviae 27. Nov. 1862.

L. 1583 z r. 1861.

Spis rzeczy od roku 1859 do 1861 w Dekanacie Brzéskim do kościołów i t. d. sprawionych.

Ciąg dalszy do kur. XV. r. b.

IV. Do kościoła *w Jasieniu.* 1) Dwie chorągwie, pąsową i niebieską sprawili parafianie kosztem 146 r. 2) Poduszkę na ołtarz pod mszał sprawił JX. Pleban Wikar kosztem 4 r. jako i 3 Lichtarze cynowe przed wielki ołtarz za 20 r. 4) Ornat żałobny za 15 r. 5) Sukienkę na puszkę złotem haftowaną za 16 r. 6) Umbraculum za 45 r. 7) Dach nowo pobity drogą konkurencyi za 160 r. 8) Chór nowy składką za 55 r.

V. Do kościoła w *Iwkowy.* 1) Kapę białą sprawił JX. Pleban Kobyliński za 16 r. 80 kr. 2) Antypedium przed wielki ołtarz dtto za 5 r. 25 kr. 3) Firanki do wielkiego ołtarza dtto za 5 r. 25 kr. 4) Poboczny ołtarz odnowił Wojciech Stachoń za 20 r. 5) Baldachim prócz drążków zupełnie nowy sprawił parafianin Józef Gnyla za 12 r. 6) Chorągiew nową czerwoną sprawił Wojciech Stachoń za 16 r. 7) Drugą sprawił Józef Gnyla za 16 r.

VI. Do kościoła w *Lipnicy.* 2 ornaty białe, 2 ornaty czerwone, 1 czarny, 1 kapa biała, druga kapa żałobna, komeszek 5 nowych, alby 4, dzwon przelany dziewięć centnarowy, drugi mniejszy około dwóch centnarów, kosztem parafian i Plebana JX. Szeligi.

VII. Do kościoła w *Porębie Spytków.* 1) Organ nowy roboty P. Baranowskiego a do tego malowany i wyzłacany, z pobożnéj składki a to JWW. Hrabia Maurycy Potocki jako kolator 100 zł'r. w. a. a miejscowy Pleban JX. Aleks. Słowiński z parafianami 200 zł'r. razem 300 zł'r. w. a. 2) Z pobożnéj składki miejscowego Plebana i parafian trynkowanie kościoła i wybielenie zewnątrz i umocowanie dzwonów na dzwonicy za 50 zł'r. 3) Ornat nowy a drugi przerabiany koloru czerwonego za 30 zł'r. 4) Kielich wyzłacany za 20 zł'r. a to wszystko w r. 1859.

VIII. Do kościoła w *Porąbce.* 1) Ornat żałobny sprawił Pleban JX. Perisch za 18 r. 2) Grób Zbawiciela na wielki piątek mozaikowy z Ołomuńca sprowadzony, parafianie i JX. Pleban za 201 r. 80 kr. 3) Kielich metalowy wyzłacany sprawiła gmina Porąbecka za 20 r. 4) Lichtarze 4 cynowe do kaplicy sprawił JX. Pleban za 12 r. 5) Ekspens od Marca do Maja 1861 na poprawę budynków jako to: 60 kóp gontów na zachodnią stronę plebanii i sztachety koło jednéj części ogrodu i stajen, przyczynienie schodów kamiennych do plebanii; zupełna wewnętrzna stajen reperacya, kanał murowany koło jednéj strony stajen i inne różne reperacye tak plebanii jakoteż budynków gospodarskich, to wszystko według rejestrów razem czyni przeszło 100 r. które wydatki li JX. Pleban miejscowy z własnéj kieszeni poniósł.

NB. Bardzo znaczne wydatki z zeszłych lat, poprzednio wydrukowane zostały, w kur. XIII. 1861.

IX. Do kościoła *Rajbrot.* 1) Parafianie przynieśli z Częstochowy Sztandar zielony za 8 r. 2) Za legat ś. p. Maryanny Rębilas sprawił miejscowy Pleban JX. Jędrzéj Kawecki wielką chorągiew z czerwonego adamaszku i nowych obrazów Zwiastowania N. M. P. i ś. Sebastyana za 46 r. 3) Tenże sam dał odmalować do jednéj chorągwi wielkiéj obraz ś. Józefa i do dwóch małych obrazy za 24 r. 4) Sprawił chorągiew żałobną nową za 15 r. 5) P. Wojciech *Ceremuga* nauczyciel dał odzłocić dwa lichtarze pięknéj rzeźby przed Cyboryum za 5 r. 6) JX. Pleban z parafianami sprawił sukno czerwone na gradusy przed wielki ołtarz za 20 r. 40 kr. 7) JX. Plebana starannością są dwie poduszki na wielki ołtarz sprawione, jedna biała włóczką i paciorkami, druga na atłasie niebieskim włóczką robiona za 12 r.

X. Przy kościele w *Starym Wiśniczu.* 1) Czerwoną chorągiew sprawił Stanisł. Bereta za 24 r. 2) Niebieską chorągiew gmina Staro-Wiśnicka za 25 r. 3) Czer-

woną pół jedwabną Katarzyna Bieniawska za 20 r. 4) Dużą w różne kwiaty gmina Kobyle za 30 r. 5) Jedwabną czerwoną gmina Kurów za 40 r. 6) Bawełnianą w różne kwiaty gmina Kopaliny za 20 r. 7) Feretron sprawili małżonkowie Józef i Anna Beretowie za 20 r. 8) Lampę przed wielkim ołtarzem parafianie za 16 r.

XI. Przy kościele i Plebanii *Uszewskiéj*. 1) Ornat biały za 16 r. 2) Ornat biały i kapa jednakiego koloru za 80 r. 3) Ornat czerwony za 18 r. 4) Ornat czarny manszestrowy za 22 r. 5) Antypendium na kanwi włóczką wyrabiane z dębowemi ramami za 45 r. 6) Umbrakulum przed Sanktissimum wraz z ramami politerowanemi za 8 r. 7) Kupę do kielicha srébrną wraz z rączką za 40 r. 8) Kupę miedzianą, z kielicha dawszy do niéj dorobić postument i wierzch na obmywania palców przy Sanktissimum za 4 r. 9) Trybularz z łódką, i łyżeczką z nowego srebra za 14 r. 10) Pociąg do dzwonków przy zakrystyi włóczką czerwoną robiony, sieczką tak zwaną przerabiany wraz z kółkiem za 3 r. 11) Alby nowe 3 za 26 r. 12) Komeszki nowe dla Ministrantów za 1 r. 30 kr. 13) Puryfikaterzów 40 i 2 Korporały za 2 r. 30 kr. 14) Obrusów 4 haftowanych za 29 r. 15) Firanki jedwabne z frandzlami szychowemi do wielkiego Ołtarza za 16 r. 16) Całun sukienny płutnem podszyty na trumnę za 16 r. 17) Całun mniejszy kamlotowy za 3 r. 20 kr. 18) Kapsula do chorych za 3 r. 30 kr. 19) Mszał rekwialny za 2 r. 20) Podłogi do 2 pokojów za 52 r. Okna 4 podwójne wraz z ramami 25 r. 21) Lichtarzy 12 drewnianych na poboczne Ołtarze za 20 r., te wszystkie rzeczy zwyż wspomnione sprawił J. Ks. Jan Mrożek pleban swoim kosztem. Chorągiew czerwoną adamaszkową sprawił parafijanin Wojciech Buda za 95 r., parafianie będący na Kalwaryi na odpuście ze składek sprawili pacifikalik cynowy i 2 lichtarze bakfonowe przed Sanktissimum za 5 r. Lampa przed Sanktissimum mosiężna sprawiona przez parafianina Sebastyana Pałkę za 10 r. Plebanii rozszerzenie przez przystawienie kuchni i szpiżarni, kosztem JKs. Plebana i konkurencyi.

D. n.

N. 3598.

Praenumeratio pro Currendis politico-ecclesiasticis et scholasticis in annum 1863. &c.

Notificationes de variis jam in politico-ecclesiasticis jam in scholasticis ad Ven. Clerum emittendae ut typis vulgentur, commune est votum Omnium P. T. Interessatorum. Materialia per annum congeruntur plurima, quae non semel ultra 20. philuras et 12. aut ultro semiphiluras occupant et quae consutae ac de anno in annum collectae suppeditant *repertorium*, in quo si memoria exciderint, quaerantur oblivioni tradita, ad hunc illumve scopum adhibenda.

Pro tegendis in typum &c. expensis desideratur auxilium Ven. Cleri, quod et in annum 1863 consistet in 1 fl. V. A. et quod Ven. Clerus pro commoditate utilitateve, quam inde reportat, libentissime via consueta conferet, ac praeterea omnem Currendam diligenter volvet velociterque ad vicinum Condecanalem expediet.

Tarnoviae 3. Dec. 1862.

Josephus Alojsius,
Episcopus Tarnoviensis.

E Consistorio Episcopali,
Tarnoviae die 4. Dec. 1862.
JOANNES FIGWER, Cancellarius prov.

Typis Anastasii Rusinowski Tarnoviae.